



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Wilhelmus Abb. 5. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

**B**Ojariæ hic WILHELMUS debetur, ex qua oriundus Monachus Ratisbonæ induit. Hic omnibus omnino artibus excultus, Mathesin tamen præ cæteris coluit, quod multa atque præclara monumenta ipsius loquuntur literis consignata. Eloquentiæ tantæ erat, ut sanctiorem Orpheum diceres, qui saxa etiam traheret. Præsul Hirsaugiensis in miseros tam pius fuit, ut his vestiendis non semel panem seipsum nudarit. Sed nimirum fœnus à nullis majus, quàm ab his ipsis, qui reddere nihil possunt, avarus speret. Hoc certè WILHELMUS tunc tulit, cum in suorum usus pondo argenti V. ab ignotâ terris, sed non etiam cælo manu abstulit. Quid jam horrea memorem, quæ, quòd WILHELMUS liberalitas exhausisset, subitam miramque messem; quid cellam, quæ effuso per negligentiam vino, novam in dolio vindemiam viderunt; quid piscatum felicissimum? cum missum sæpius in aquas rete præter laborem inanem diu nihil, post imperio Divi Christi què nomine immissum ingentem piscium prædam retulit. Taceo hæc aliæque à morte miracula; & revocatam per WILHELMUM ad primas leges D. Benedicti per omnem ferè Galliam & Germaniam familiam, &

D d 5                      ad

426 VITÆ SANCTORUM. 6. Iulii.  
ad Religiosæ vitæ amorem vilissimaque  
in hac munia excitos nobilissimos juve-  
nes laudo, piscatum priori longè præfe-  
rendum. Cæterum astra sua WIL-  
HELMUS propioribus oculis aspexit an-  
no Christiano M. XCI. Ex Trithemio.

*Elemosynam, quantum possumus, &  
quamdiu vivimus, & ipsi habere, & aliis  
impendere festinemus, ut securi possimus  
in die Iudicii dicere: Da Domine, quia  
dedimus: nos fecimus quod iussisti, & im-  
ple quod promisisti. B. Cæsar. hom. 15.*

S. GOAR. CONF. 6. Iulii.

**I**ure meritissimo inter Apostolos suos  
GOAREM numerant Treverenses, ut  
quibus ille superstitione implicitis inter-  
primos DEUM nuntiavit. Sed dum il-  
lum æquis auribus vel maxime audivit  
populus, iniquus invidia oculis specta-  
vit. Quare more suo subornavit, qui  
apud Archiepiscopum innocentiam ejus  
insimularent. Gemini erant è fraudibus  
& mendaciis compositi. Eos GOAR ad  
se venientes, ut vindictam Christianam  
sumeret, amice accepit & ad mensam  
invitavit. Sed eadem invidia, quæ non  
nisi infelicitate GOARIS pasci, nec  
bibere nisi hujus sanguinem aveau, re-  
spuit aliis famem aut sitim pelleret. Quare  
ex itinere defecissent scilicet, nisi sem-  
per ad vindictam vigilans GOAR feras  
Christi